



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput VIII. Pias omnium dispositiones exequantur Episcopi; quæcunque pia loca visitent, dummodo non sint sub immediata Regum protectione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „in quibusvis causis, tam in admittere
A.C. 1562. „dis appellationibus, quam in conce-
„dendis inhibitionibus post appellatio-
„nem, servare teneantur formam, & te-
„norem sacrarum constitutionum, &
„præsertim Innocentii quarti, quæ in-
„cipit, *Romana* (*): quacunque con-
„suetudine etiam immemorabili, aut
„stilo, vel privilegio in contrarium non
„obstantibus; alias inhibitiones & pro-
„cessus, & inde secuta quæcunque, fin-
„, ipso jure nulla,

CAPUT VIII.

*Pias omnium dispositiones exequantur E-
 piscoli; quæcunque pia loca videntur, dum
 modo non sint sub immediata
 Regum protectione.*

„Episcopi, etiam tanquam Sedis Apo-
 „stolicæ Delegati, in casibus a jure
 „concessis omnium piarum disposicio-
 „num tam in ultima voluntate, quam
 „inter vivos, sint executores: habeant
 „jus visitandi hospitalia, collegia quæ-
 „cunque, ac confraternitates Laico-
 „rum, etiam quas Scholas sive quoquæ-
 „que alio nomine vocant, non tamen
 „quæ sub Regum immediata protectio-
 „ne sunt, fine eorum licentia, Elec-
 „mosynas montis pietatis, sive charita-
 „tis,

(*) in 6. de Appellat.



„tis, & pia loca omnia, quomodocun- Sæcul. XVI.
 „que nuncupentur, etiamsi prædictorum A.C. 1562.
 „locorum cura ad Laicos pertineat, at-
 „que eadem pia loca exemptionis pri-
 „vilegio sint minita; ac omnia, quæ
 „ad Dei cultum, aut animarum salu-
 „tem, seu pauperes sustentandos, insti-
 „tuta sunt; ipsi ex officio suo juxta sa-
 „crorum Canonum statuta cognoscant,
 „& exequantur: non obstantibus qua-
 „cunque consuetudine, etiam immemo-
 „rabilia, privilegio, aut statuto.

CAPUT IX.

*Quorumcunque locorum piorum admini-
 stratores reddant rationem Ordinario,
 nisi aliter in fundatione
 sit cautum.*

Administratores tam Ecclesiastici
 „quam Laici fabricæ cuiusvis Ec-
 „clesiæ, etiam cathedralis, hospitalis,
 „confraternitatis, eleemosynæ, montis
 „pietatis, & quorumcunque piorum lo-
 „corum, singulis annis teneantur red-
 „dere rationem administrationis Ordi-
 „nario, consuetudinibus, & privilegiis
 „quibuscunque in contrarium sublati.
 „Nisi secus forte in institutione & or-
 „dinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ,
 „expresse cautum esset. Quod si ex
 „consuetudine, aut privilegio, aut con-
 „stitutione aliqua loci, aliis ad id de-
 „putatis